Quelle:
Copyright:



174. Cod. LXXIX.

dicti scriptum anno domini M CCC XCVij. Wyenne in studio generali finitum XXij die Septembris." De his autem erui nequit, Alber- tum hunc etiam Bibliorum esse scriptorem; contrarium enim docet subscriptum ultimae paginae hujus tenoris: " Hec Biblia est alber- ti dicti elsendorffer aliter subtilis Nominati qui emit ano dñi M. CCC XCVij in studio generali Wyenne prima die Septembris pro decem aureis "

Librum Geneseos antecedunt duo Scti Hierony- mi prologi: Frater Ambrosius - et Desiderii mei. Prior est mutilus ab initio vsquead: " et verba domini in cogitatione concipperet; " alter in fine, vbi cum folio absente simul duo prima Geneseos capita desunt vsqad verba: " ob rem relinquet homo patrem suum". Caput 3tium Threnorum Jeremiae desinit in verba: " hoc recolens in corde meo in deo sperabo; heth". quae lacuna extendi- tur usque ad Baruch Roph: capit: primi verba: " nabuchodonosor rex babilonis ie- choniam et principes vinctos". Simi- liter deest initium Libri I Machabaeo- rum vsque ad verba capitis primi: mag: nus in israel et in omni loco eorum "

Novum testamentum quod concernit, Acta Apostolorum ponunt per post Epistolas S. Pau- li. In Epist i S. Joann: C 5. V 7. post testes in terra, verba: et hi tres vnum sunt ad marginem eadem manus locavit. Post Apo- calypsin incipiunt interpretationes no- minum hebraicorum. Caeterum idem est